

**INTROIT Ps 36:30-31**

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. (Ps 36:1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitatem. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

**COLLECT**

Clementíssime Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, sæculi hujus vanitátem in apérto tùmulo pie meditántem, ad erémum vocáre et præcláris vitæ méritis decoráre dignátus es: te súpplīces exorámus; ut, ejus exémplo terréna despiciéntes, tui consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Peter of Alexandria, Bishop & Martyr.)*

Infirmítatem nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus própria; actiónis gravat, beáti Petri Mártyris tui atque Pontíficis intercésso gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Ecclus 45:1-6**

Diléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctorum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pópulo suo, et osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsius sanctum fecit illum, et elégit eum; ex omni carne. Audívit enim eum et vocem ipsius, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ et disciplínæ.

**GRADUAL Ps 20:4-5**

Dómine, prævenisti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. V. Vitam pétiit a te, et tribuisti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

**LESSER ALLELUIA Ps 91:13**

Allelúja, allelúja. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúja.

**GOSPEL Matt. 19: 27-29**

In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos relíquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius homínis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israél. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

**OFFERTORY Ps 20:3-4.**

Desidérium ánimæ ejus tribuisti ei, Dómine, et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum: posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

**SECRET**

Quæsumus, Dómine: ut, dum hæc múnera divínæ majestáti tuæ reverénter offérimus; pia mentis præparatióne et cordis puritáte, beáti Silvéstri Abbátis imitatóres effécti, Corpus et Sánguinem Fílii tui sancte percípere mereámur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Peter of Alexandria, Bishop & Martyr.)*

Hóstias tui, Dómine, beáti Petri Mártyris tui atque Pontíficis dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tribue proveníre subsidiúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Luke 12:42**

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóninus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

**POSTCOMMUNION**

Divína dape refécitís tribue, quæsumus, Dómine: sancti Silvéstri Abbátis vestigiis ita inhærére; ut copiósam mercédem in regno glóriæ tuæ cum Sanctis habeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Peter of Alexandria, Bishop & Martyr.)*

Refécti participatióne muneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The mouth of the just shall meditate wisdom and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (Ps. 36. 1). Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

O most merciful God, Who, when the holy abbot Sylvester was piously pondering over the vanity of earthly things whilst he stood by an open grave, didst vouchsafe to call him to the desert, we supplicate Thee that, despising earthly things, after his example, we may forever enjoy Thy presence. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Look upon our infirmity, O almighty God, and, because the weight of our own evil deeds beareth us down, may the glorious intercession of blessed Peter, Thy martyr and bishop, protect us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Beloved of God, and men: whose memory is in benediction. He made him like the saints in glory, and magnified him in the fear of his enemies, and with his words he made prodigies to cease. He glorified him in the sight of kings, and gave him commandments in the sight of his people, and shewed him His glory. He sanctified him in his out, and meekness, and chose him in faith of all flesh. For he heard Him, and His voice, and brought him into a cloud. And He gave him commandments before His face, and a law of life and instruction.

Lord, Thou hast prevented him with blessings of sweetness: Thou hast set on his head a crown of precious stones. V. He asked life of Thee, and Thou hast given him length of days for ever and ever.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 91: 13). The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus. Alleluia.

At that time, Peter said to Jesus: Behold we have left all things, and have followed thee: what therefore shall we have? And Jesus said to them: Amen, I say to you, that you, who have followed me, in the regeneration when the Son of man shall sit on the seat of his majesty, you also shall sit on twelve seats, judging the twelve tribes of Israel. And every one that hath left house, or brethren, or sisters, or father, or mother, or wife, or children, or lands, for My Name's sake, shall receive an hundredfold, and shall possess life everlasting.

Thou hast given him his heart's desire, O Lord, and hast not withholden from him the will of his lips: Thou hast set on his head a crown of precious stones.

We beseech Thee, O Lord, that, while we reverently offer these gifts to Thy divine majesty we may by pious preparation of soul and purity of heart, following the example of blessed abbot Sylvester, become worthy to partake of the body and blood of Thy Son. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Graciously receive, O Lord, the sacrifices dedicated to the merits of Thy blessed martyr and bishop, Peter, and grant they may be for us an everlasting help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family, to give them their measure of wheat in due season.

We pray Thee, O Lord, that Thou grant unto us, refreshed with the divine banquet, to follow closely the footsteps of the holy abbot Sylvester, that we may have an abundant reward with the saints in the kingdom of Thy glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Refreshed by participation in the sacred gift, we beseech Thee, O Lord, our God, that, through the intercession of blessed Peter, Thy martyr and bishop, we may ever experience the effect of the worship we offer. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.